



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij  
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||  
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... ab Aduentu usq[ue] ad Pascha ...

**Eck, Johannes**

**1534**

**VD16 E 292**

D[omi]nica in Palmis. Eua[n]. Cu[m] appropinquasset. Matth[æ]i 21.  
Homili[æ] du[æ]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35308**



ligno rursus uita nobis resurgeret, unde mors orta fuerat. Sic itaq; dispensatiue à Iudæis Christus recessit. Ipse nobis clemens, pius quoq; sit & propitius per amarissimam suam passionem & mortem, ne à nobis recedat in perpetuum, Amen.

DOMINICA PALM

MARVM EVANGELIVM REQVI-

*re supra in Dominica prima Aduentus: ubi quando tribus homilijs breuiter explicatis, quædam de industria huic tempori reseruauimus de passione Christi, nunc illud quoque alia uia expediamus.*

HOMILIA PRIMA.

**E**vangeliu[m] hoc, charissimi, in ipsa quoq; dominica Aduentus prima, lectum est: sed tantum quo ad contemplantum Christi aduentum in hunc mundum. Verum hodie eodem illo utitur ecclesia, ad recogitandum quomodo dominus noster Iesus Christus mitis & mansuetus ingressus est a bello insidens Ierusalem, imminente iam passionis suæ tempore. Qui antea sub persequutione Herodis fugerat in Aegyptum, qui præcipitaturis ipsum Iudæis in Nazareth de monte, transiens per medium eorum ibat, qui conuersis ijs quoq; in templo ad lapides se abscondit ab eis, qui cõsultantibus ijsdem de nece ipsius, aufugit in Ephrem, neq; amplius ambulauit apud eos palam. Sed & aliàs iram & furorem eorum effugit, quamuis etiam tum cum minime fugeret, nemo uim in illum facere audebat, eo quod nondum uenerat hora illius. Nunc uero sciens quoniam uenisset hora sua, ut transiret ex hoc mundo ad patrem, ultro ascendit Hierosolymam. neq; id clam, sed tanto comitatu, tanto clamore, quanto aliàs nunquam: adeo ut rota iam commoueretur, quò ostendere uoluit ille se uolentem & nec inui-

Matth. 2

Luce. 4

Johan. 8

Johan. 11

Joh. 7. 28

Johan 13

Matth. 21



**Isaie. 53.** tum, neq; coactum pati, implendo cum hoc istud **Isaie**  
Oblatus est, quoniam ipse uoluit.

**Zach. 9.** ¶ Et ut ingressus ille siue aduentus domini Hierosoly  
mitis admirationem & stuporem incuteret, ascendit as-  
nam, & ea uectus intrauit, ut impleretur quod prædixe-  
rat propheta Zacharias: atque ut sic illi non doctrina tã-  
tum, sed & factis operibusq; ipsius admonerentur, illum

**Chrysost.** eum esse, qui per prophetas toties promissus fuerat, & ut  
inquit Chrysostomus: Cum illud Zachariæ ueluti scri-  
ptum est expleisset, alterius ipse prophetiæ dabat initium,

**Hierony.** quæ futura erant, ipsis factis significando: quia per asinam  
Iudæos designabat, euangelium Christi suscepturos: per  
pullum asinæ figurabat gentes, quæ nullū adhuc cultus

**Hierony.** diuini iugum portauerant. Et quamuis sunt q; conantur  
affirmare, Christum pullo primum insedissee, qui cum ses-  
sorem pati nollet, tandem super asinam eum sedisse: ta-  
men cõtrariū illius potius est credendū, dicendumq; nullā

omnino creaturā deo cõditori suo aduersatā, in hac præ-  
sertim tam magna significatiõe. Deinde tres euangeli-  
stæ, qui Christianis ex gentibus cõuersis scripserunt euā-  
gelium, solius meminerunt pulli. Matthæus qui Christia-  
nis ex Iudaismo credentibus euangelium natia lingua

descripsit, asinam quoq; commemorat, quæ Iudæos hic fi-  
gurabat. Pie igitur credendum est, sicut euangelium pri-  
us Iudæis, deinceps prædicatum est gentibus, ita ablega-  
tos hic à Christo discipulos, qui asinam cum pullo addu-  
cerent, ad designandum, per illorum prædicationem uē-  
tuos ad Christi fidem Iudæos cum gentibus. Vnde discē-  
dum etiam magistratibus proponitur, ad prædicandi mu-  
nus mittere nō ignotos, nō undecunq; illotis tum mani-  
bus tum pedibus, ex proximo rure adcurrentes: sed pro-  
be & exacte cognitos, quorum perspecta sit & probitas &  
doctrina. Vnde hic Hieronymus per discipulos duos, co-  
gnitionem & operationem boni intelligi putat.

**Actus. 13** 2. ¶ Hoc itaq; modo ingressus est Hierosolymam, idēq;  
in dominica palmarum, quæ dies erat quinta ante passio-  
nem domini: qua re monstrat nobis ipsum nō prophetā  
tam tantum Zachariæ, sed & ueteris legis impleuisse figu-  
ram de agno paschali, ut sic uere ostenderet se hūc ipsum

**Hierony.** ram de agno paschali, ut sic uere ostenderet se hūc ipsum

**Beda.** ram de agno paschali, ut sic uere ostenderet se hūc ipsum

**Johan. x** ram de agno paschali, ut sic uere ostenderet se hūc ipsum

ram de agno paschali, ut sic uere ostenderet se hūc ipsum

ram de agno paschali, ut sic uere ostenderet se hūc ipsum

ram de agno paschali, ut sic uere ostenderet se hūc ipsum



esse agnum, qui peccata mundi tolleret. Præceperat autem Moyses Iudæis, ut decima die mensis primi agnum *Exodi. 12.* tollerent, & decimaquarta ad uesperam demum occiderent atque manducarent, in memoriam liberationis suæ ex Aegyptiis tenebris. Eodem quippe modo agnus noster CHRISTVS, decima mensis primi, hodie scilicet, ingressus est Hierosolymam, ubi deinceps transactis ijs quæ ad agnum legalē pertinebant, nouoq; iam alterius agni esu instituto, semet obtulit deo patri in ara crucis, in redemptionem hominum ex captiuitate & uinculis diaboli. Quod Isaias in spiritu præuidens, dixit: Sicut ovis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente obmutescet. Hæc itaque de tempore passionis congruo, cui ingressus ille domini conuenerit, dicta sufficiant. *Isaiæ. 53.*

¶ Adductis ergo ad dñm a sina & pullo, statim discipuli uestes suas superimposuerunt, quod temere utiq; factum non est: & quamuis iuxta literam ad honorem & gloriã dei factum id esse constat, mysterio tamen non caret: quia (secundum Hieronymum) uestis apostolica, uel doctrina uirtutum uel edisserio scripturarum intelligi potest, siue ecclesiasticorum dogmatum uarietates: quibus nisi anima instructa fuerit & ornata, sessorem habere dominum non meretur. Sic apostoli nudam quidem a sinam cū pullo inuenerunt: quia gentes nudæ erant, & omni uirtutum operumq; bonorum tegumento destitutæ, atq; ideo *Hierony.* uestiri adhuc opus habebant ab apostolis & prædicatoribus uirtutum & bonorum operum habitu. neq; enim uel a sinæ uel pullo insidere uoluit dominus, nisi prius tegerentur, eo quod siue ethnicus quis sit, siue Iudæus, Christum sessorem recipere tantisper non potest, dum sanctorum & uirtutibus & exemplis non fuerit ornatus: sicut Cornelius tum demum cum ieiunijs & orationibus esset *Beda.* intentus, dignus habitus & inuentus est, cui a deo Petrus *Actus. 10.* mitteretur apostolus. Omnes itaque Christiani uestes habeant apostolicas, hoc est, apostolorum doctrinam, disciplinam & uniuersum eorum conuictum. Quod cum nõ faciant neochristiani, etiam Christianorū indigni sunt uocabulo: quoniam nec ieiunia, nec oratiões tolerant, sed quicquid ab ipsis iam inde Christi & aplos: quibus in hæc usq; secu-



Apo. 16

Ecci. 9

1. Petri. 1.

1. Corin. 3

2. Corin. 6

Beda.

la profectum est, siue disciplinae, siue pietatis, id omne impugnant, & radicitus euulsam cupiunt. Rectius dicitur sua Apocalypsi Iohannes: Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet. & Sapiens similiter eam uestimenti sollicitate habendam docens, Omni tempore, inquit, sint uestimenta tua candida.

¶ Videmus etiam uestimenta apte & adposite formari ad proportionem corporis humani: ideoque cum uestimentum homini effero & pene beluino imponitur uelut asino, is quoque mitigetur fiatque mansuetior, iuxta illud Petri, non configurati prioribus ignorantiae uestrae desiderijs, sed secundum eum qui uocauit uos sanctum.

¶ Imposuerunt itaque discipuli dominum super asinam, unde nobis descendum proponitur, apostolos & praedicatores imponere & uelut insinuare dominum animabus antea feris & parum mansueris, ut sic mitescant in disciplina fidei. Quo nomine Paulus etiam ait, Dei sumus adiutores. & deinceps, Hortamur uos ne in uanum gratiam dei recipiatis. Vbi nunc Lutherus cum suis latet, qui qua sunt temeritate, affirmare non uerent, nos nihil cooperari deo? Cur itaque hic apostoli dominum imposuerunt super asinam?

3. ¶ Non defuit huic labori honestissimo, turba etiam comitatus, Christum a Iericho secuta hucusque, namque & illa in quatuor praecipue rebus honorem domini promouit: uestes suas subtrauit, decerptos ex arboribus ramos in uiam protexit, ante & post dominum per modum processions ingredienti clamauerunt, Osanna filio dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Primum, quod uestes proprias subiecerunt, Beda refert ad multitudinem martyrum, quod uestes suas (corpora nimirum, indumenta & uestes sanctarum animarum) tradiderunt propter deum, ut sic plana omnibus pateret ueniendi ad Christum uia: & ne quis horreret uiam hanc ingredi, in qua tot cerneret sanctissimorum martyrum impressa uestigia, quomodo ipsi se quoque in mutuo exhortati sunt martyres in hac uia passionis & suppliciorum constanter ingredi, nec in aliquo a cepta fidei confessione deficere. Ita factum est, ut uiam hanc ingredi potuerit asinae pullus, hoc est, stulta ante



hac & rudis gentilitas, dum exempla, miracula, & patientiam cōstant iamq; martyrum cōsiderauit. Ita si quando tyranni uidebant sibi probe uindictasse se in uno aliquo homine Christiano, innumeri subinde alij ex gentibus cōuersi sunt ad ad dominum, sicut in supplicio Barbaræ, Catharinæ, Sebastiani & aliorum sanctorum clare conspicimus.

¶ Sanctus Hieronymus prudenter hic expendit nihil esse temere scriptum: ideoq; nos admonet differentiam cōsiderare debere uniuscuiusq; personæ. Apostoli enim uestimēta sua super asinum ponūt: turba quæ uilior est, substernit pedibus asini. Quod ipsum diuersam habeat significationem oportet: quoniam apostoli dominum super uestes suas asino superstratas sedere fecerunt, eo quod doctrina & exemplis suis immites alioquin & peccatores homines usq; adeo mansuetos reddiderunt, ut in eorum mentibus dñs sederet. Gratia enim dei se habet ad animā, sicut sessor ad equum, inquit Augustinus.

Hierony.

¶ Vestimenta porro turbæ, externum significant Christianorum cōuictum & bona eorūdem temporalia. si quā enim homo aliquis immitis exitit feras, beluinus sicut equus & mulus in multitudine peccatorū, & ille tamen penitentiā ac cōtritionem rursus ad deū reuertit, ei ceteri homines nequaquā dent occasiōem Christū uixdū susceptū reiiciendi, nec peccata illi sua exprobrent: sed si opus fuerit iuxta Gregoriū, etiam uestibus suis nō parcentes, eas substernant, hoc est, bona sua temporalia eis cōmunicent, & elemosynas largiter tribuant. Nam quod aliud terrena & mūdana hæc nostra bona omnia sunt, quā quam quædam uelut corporis nostri indumenta? Domino itaque substernere uestes, est bona temporalia proximis nostris propter deum elargiri.

Augusti.  
lib. 3. h. y.  
pogno.

psalm. 32.

Gregori.

¶ Facit hoc aduersus quosdam rudes & moribus incultos Christianos, ea præditos rusticitate & inhumanitate, ut Iudæos uel ex gentibus cōuersos Christianos & baptizatos tractent inhumanissime, Iudæos adhuc aut infideles increpent. Id enim fieri nec Christianæ disciplinæ neq; humanioris est ciuilitatis, quod habēdi illi quoq; sunt & tractandi cum omni mansuetudine, nec contumaciter



**Roma. 1.** spernendi, sicut Paulus quoque Iudæos docuit, quomodo gentiles ad fidem conuersos tractare deberent. In siquidem erat etiam Iudæorum peruersitas, ut gentiles gratia euangelij putarent indignos. Verum hoc est se in potestatem diuinam ingerere, eamque sibi temere arrogare: quoniam deus est qui conuertit corda hominum, cui nota sunt omnia priusquam essent condita. Diabolus prouerbia commentus est huiusmodi, & ea temerarijs hominibus inculcauit, Iudæus iam senio confectus, etiam si baptizetur, Christianus bonus nunquam efficitur, Et huiusmodi similia, impia sunt hæc. Quis enim impediatur conuersione sue Iudæorum sue gentium? Verum quidem est, non omnes Iudæi baptizati perseverant, & in fide fortes persistunt, Sed interim tamen Christiani quoque non omnes probi sunt. Quicumque autem animo bono & pio adfectu ad fidem nostram perueniunt, eos suscipere debemus pie, fouere humaniter, & candide tractare: atque sicubi egeant, bona etiam temporalia illis largiter impartiri: quoniam magna est misericordia domini, & propiciatio illius conuerrentibus ad se. Sed & alienigenas quoque tractare debemus humaniter, iuxta illud præceptum domini in lege: Si habitauerit aduena in terra uestra, & moratus fuerit inter uos, non exprobrete ei. Quin potius gratia agenda sunt deo, illeque a nobis est laudandus propter magnam misericordiam suam, quam etiam aduenis non negat. Et insuper uestes proprias illis nos conuenit substernere, quo facilius quæ fidei nostræ sunt seruare queant: nec in aliquam cadant impatientiam, si contemnantur, derideantur & ex eo spernantur, quod inter nos egestati subiecti sunt & miseræ.

**Ecci. 17****Leuit. 19**

¶ Neque minus illis culpabiles sunt crassi quidam & mundi homines, qui cum uident aliquem ex imprudentia alibi lapsum, sed iam rursus emendatum & inter bonos bene conuersantem, statim improperant, statim pristinam ei uitam exprobrant, inique sane & male: quia penitentibus adiutores nos esse conuenit & promptos auxiliatores, imò nos quoque confirmare illos decet, ut in bono cepto perseverent, tantum abest ut horrorem eis incutiamus, quo iam iam admissum scissorem Christum rursus



absticiant. Similiter quæ redarguendi ueniunt, qui alios in propositis operibus bonis siue impediunt, siue ab his deterrēt. Quicquid ubi primum sibi quis proposuerit uel confiteri, uel templa sanctius inuisere, uel aliud quoddam pietatis opus perficere, statim adcurrunt uelut molossi diaboli, hæc omnia deridentes, clamitantes nihil his opus esse. Quod dum faciunt, quid obsecro faciunt aliud, nisi quod uestes suas non protendant nec subiiciunt, ut super his leuis ingrediens a sellis uehat dominum? sed horrorem potius mouent, & offendicula ponunt, quibus motus ille, alicubi impingat & offendant. Væ autem istis animicidis. Nos quoque his iam dictis contenti, supersedebimus. Alias plura. Rogemus dominum &c.

## POSTERIOR HOMILIA

*super euangelio Dominicæ*

*Palmarum.*

**P**ro sane & Christiano more processionem hodie celebrauimus, eamque in ipso euangelio fundatam: quia sicut gloriose dominus ingressus est Hierosolymam, comitantibus eum ante & retro turbis, laudesque deo cantantibus, ita hoc ipsum hodie quoque representat ecclesia, quamuis obiter nonnulla de passione domini ingerit, sicut & passionem in missæ officio ex consuetudine legit. Atque hinc nos post illam spiritalem designationem, nostram quoque accipimus instructionem. Et principio quidem quod nonnulli uestimenta sua, piecerunt in uiam, eos significat, qui bonæ uitæ exempla alijs ostendunt: qui uero ex arboribus decerptos ramos substernunt, eos notant, qui sacræ scripturæ locis & testimonijs alios erudiunt: in comitatu autem reliquo ante & post cursitantes, patres signabant ueteris testamenti: qui & ipsi Christum celebrarunt laudibus, & cõtinuis eundem plausibus persecuti, in ipsam usque cælestem Hierosolymam comitati sunt ascendentem. Vestes suas substernunt, quæ exempla bonæ uitæ relinquit, sicut Elias palliũ suũ Eliseo reliquit, hoc est, argumentum & exemplum charitatis: sicut Eleazarus quoque fecit, ne compulsus quidem uolens, mori posset. 4. Reg. 2.  
2. Macca. 6.



- tius paratus quam ut maiorum instituta transgredere-  
tur. dicebat enim fortiter uitam excedendo, senectute q-  
dem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum  
forte relinquam. Hoc modo & Paulus Timotheo suo pre-  
cepit, Exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersati-  
one, in charitate. Sic omnes alij sancti exempla nobis p-  
batissima reliquerunt honestatis & pietatis ac fortitudi-  
nis. Fuerunt rursus qui ramos ex arboribus diripientes  
subijciebant, ut quicquid non satis planum in uia esset,  
planum redderent. Mystice tamen per illos ij designan-  
tur, qui corda fidelium parant, ut CHRISTVS uictor  
simul & triumphator tum uitiorum, tum dæmonum o-  
mnium, in ijs habitare queat. Illud autem faciunt, q san-  
ctæ scripturæ testimonia, scripta patrum, & sanctorum  
exempla fidelibus proponūt, ut & ipsi in uia dei ædificē  
tur. Arbor enim quædam scriptura sacra est, cuius fructus  
cibus animæ, folia autem illius remedia sunt, sicut idipm  
Iezeciel, & Iohannes in Apocalypsi commemorant:  
Quoniam lignum uitæ fructus adfert duodecim, & folia  
ligni ad sanitatem gentium. Neq; hic miretur quisquam,  
quomodo in mentem uenerit turbæ, ramos ex arborib<sup>9</sup>  
scissos in uiam proiecisse Christo ad honorem & glori-  
am. Siquidem quamuis sine dubio ad id diuinitus sancti  
spūs mouebant instinctu, tamē id quoq; moris fuit apud  
Iudæos, in illa solenni & splendida festiuitate Taberna-  
culorum in Octobri, iuxta præceptum domini in lege, Su-  
metis uobis fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; pal-  
marum & ramos ligni densarum frondium, & salices de torré-  
te, & lætabimini coram domino deo uestro. Huiusmodi  
lætitiā hic quoque exhibere domino uolebant, quo &  
mouebantur stupendo illo miraculo, quod iamiam qua-  
triduanum & foetidum Lazarum resuscitasset. Multa igit-  
tur turba quæ propter imminens festum iam Hierosoly-  
mam uenerat, ut ante se purificarent, audito & inuulga-  
to illo tanto Christi miraculo, obuiam ei procurrit ue-  
nienti. Qui utiq; occursum pharisæorum & aliorum Chri-  
sto inuidentium animos concitauit & exacerbauit, ma-  
gisq; ad intentandam illi necem commouit.
- 1. Tim. 4**      **Hierony.**      2. ¶ Quod autē alij præcesserūt, alij etiam secuti sunt,
- Iezec. 47**  
**Apoc. vi.**
- Leuit. 23**
- Johan. xi.**



ad eos pertinet, q' partim ante Christum in mūdo uixerūt patres, partim post eum uenerunt. Quoniam quotquot uel saluati uel saluandi adhuc sunt, salutem oportet consecuti sint, siue consequantur in unius illius mediatoris fide Christi Iesu, secūdm illud Pauli: Vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus: neq; est aliud nomen datum sub cælo, in quo nos oporteat saluari, ut ait Petrus, quīs hæc ipsa mediatoris fides tempore creuit, clariorq; subinde & illustrior facta est, sicut & Augustinus in epistola ad Opratū testatur, cum ait: Illa fides salua q̄ credimus nullum hominum, siue maioris siue paruulæ quamlibet & recentis ætatis, liberari à contagione mortis antiquæ & obligatione peccati, quam prima natiuitate contraxit, nisi per unum mediatorem dei & hominum Iesum Christū. In cuius saluari fide quoq; seruati n̄ sunt, qui eum, antequam homo fieret, nasciturum hominē credebāt. Vna enim & eadem fides est illorum simul ac nostra. sanctus Gregorius quoq; super Iezechiē scribens, cum mentionem facit huius euangeliij, dicit: Et qui præibant & qui sequebantur, clamabant, dicentes, Osanna filio Dauid; quia omnes electi qui in Iudæa esse poterant, siue qui nunc in ecclesia sunt, in mediatorem dei & hominum crediderunt & credunt, quia ab ipso salutem quæsi erunt antiqui & præsentis, cum una sit tum fides, tum spes & præcedentium hominum & sequentium. Tantum hoc ibi est diuersum, q̄ cū illi in uniuersum crediderint Messiam uenturum, nos iam proprie & expresse credim⁹ eūdem esse dominum nostrum Iesum Christū, ex Maria uirgine natum, sub Pontio Pilato passum & mortuum: ita ut quamuis una & eadem sit fides implicita, nos tamen iā sub lege gratiæ teneamur ad plura credendum explicite quam patres. Et ecce, quomodo operarij, diuersis quidem horis in uineam uocati, unam tamen fidei suæ mercedem acceperunt.

Docemur hinc quoque processiones, quas solennes certis quibusdā splendidis ceremonijs obseruat ecclesia, deo placere & non ingratas esse, quoniā signa quædā sunt & testimonia externa internæ nostræ fidei. Illas autem non est quod dubites instituisse ecclesiam instinctu spiri-

Chrysof.

1. Tim. 2.

Actuū. 4.  
Augustin.Augustin.  
de nupti.  
2. concu.  
lib. 2. Ho-  
milia. 27.

Matth. 20

Processio.

Luc. 22



- Luce. 12.** tus sancti, quādo hęc errare nequit, fides eius deficere nō  
**Matth. 28** potest, eo quōd cū ea mansurus dominus est usq; ad con-  
**Matth. 2.** summationem seculi. Et cū arbor illa sit bona, nō potest  
 non ferre fructus optimos. Vt iam turpiter se in maxi-  
 mis erroribus fluctuantes inijciant nostrates neochristi-  
 ani, qui processiones atq; id genus alias ceremonias, pias  
 sane & sanctas contemnunt, solam requirentes deuotio-  
 nem internam, quæ bona quidem per se est, sed nō adeo,  
 ut præ hac omnia illa externa sint reijcienda, quandoqui-  
 dē anima hominis pro hoc præsentī statu alligata est sen-  
 sibus, & ei q̄ ex illis ē cognitiōi adstricta. Hinc fit ut rebus  
 sensibilibus subinde erudiamur, & in euangelio q̄q; uide-  
 mus dominū frequenter rerum corporalium uti similitu-  
 dinibus, & ab ijs animos nostros ad sublimia & cælestia  
 auocare, adeo ut nihil plerunque nisi parabolas loquere-  
 tur. Cum itaque nec angeli simus, neque intellectus nos-  
 ter adeo est eleuatus, ut in paradiso aliquando fuit. mo-  
 uemur iam per ea quæ tum uidemus tum audimus, ut di-  
 scamus in intellectu, seruemus in memoria, ardentē ame-  
 mus in charitate per hęc ipsa signa exteriora, sicut hodie  
 tam solenni & amplo comitatu Christus processit & in-  
 gressus est Hierosolymam. Apostoli quoque processio-  
 nem habuerunt honorificam in die dominicæ ascensio-  
 nis, cum ad eos dixisset dominus, Vos sedete in ciuitate  
 quoadusq; induamini uirtute ex alto. Et sequitur, Eduxit  
 eos foras in Berhaniam, & eleuatis manibus suis, benedi-  
 xit eis. Omnia hęc per modum processionis: quæ & ideo  
 die illo solenniter in ecclesia obseruatur, ad significan-  
 dum, ut & nos ordine composito Christum in sua sequa-  
 mur ascensione. Vnde & in quibusdam locis mos obtinu-  
 it, ut sacerdos missæ officium cantaturus, in processione  
 primus eat, sicut Christus ante nos primus omnīū calos  
 ascendit: Vado, inquit, uobis parare locum.  
 ¶ Vex q̄ singulis diebus dominicis processiones huius-  
 modi obseruantur, ab ipso sanctissimo die paschæ profe-  
 ctum est, sicut & dignitas & omnis sanctitas diei domini-  
 cæ est à paschali solennitate, loco sabbati Iudæorum. At-  
 q; ideo processiones diebus dominicis fieri solitæ sunt cū  
 triumphali signo crucis, cum uexillis: quia ipsa domini-
- Marc. 4**
- Augustin.**
- Luce. vlt.**
- Johan. 14**
- Marc. 16**



ea gloriosæ resurrectionis die, dominus triumphauit de morte. Hinc etiam cum gaudio cantado egredimur chororum, profitentes in nobis Christianis impletum esse quod dixit Isaias, In lætitia egredimini, & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram uobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. *Isaie. 55.*

¶ Sed & illa ipsa paschalis diei processio, ex euangelica autoritate est desumpta, eo quod angelus dixit mulieribus: Ite, renūciate discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæam. Deinde quoque quia redeuntibus à sepulchro mulieribus obuiã uenit dominus, dicens: Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt. Quod sane primum extitit præceptum à domino datum post resurrectionem suam, ubi mercedem illam magnam discipulis promisit, uisionem sui. Vbi & rationem subesse oportet, quare CHRISTVS in Galilæam illos uenire iusserit, nõ Hierosolymam: ubi tamen eodem quæ die illis apparuit, pedes suos & manus ostendit, & deinceps etiam post octiduum. Ut iam necessarium sit, illam apparitionem in Galilæa, aliquid mysterij præ se ferre: id quod est huiusmodi sanctorum patrum sententia: quia Galilæa transmigratiõem sonat, & dominus iam iam à Iudæis ablaturus erat templum, sacerdotium, sacrificium, & id genus alia quædam insignia, diuinæ maiestatis mysteria, cõmunicaturus ea uniuersis hominibus. Tantæ huius gratiæ commissum ac præceptum ap'lis suis dare uoluit in Galilæa, ut iam porro baptizarent omnes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hoc itaque innuere uoluit & innuare illo præcepto dominus, ap'los quos à Iudæis transituros, & gentibus euāgelium prædicaturos salutis. Atque ideo de tanto beneficio grata deo existens ecclesia, illum honorat processione, quod & gentibus resurrectionis suæ gloriam cõmunicãrit, quam hoc præcepto dominus designare uoluit, cum ap'los iuberet ad se uidendum uenire in Galilæam, quod etiam per modum processionis fecerunt. Et nos igitur spiritualiter cum apostolis egrediamur in Galilæam ad CHRISTVM, renouati per gratiam illius.

¶ Neq; aliter etiã sacerdotes & pp'us septies circũierũt *Josue. 6.*



urbem Iericho cum arca & tubis. Sic quoque David cū septem choris, cum citharis & tubis solenni processione arcam dei deduxit ex ædibus Obededom in ciuitatē David. Cum processione quoque apostoli uirginem matrem sepelierunt, qui mos in funeribus adhuc obseruatur. Ordine quodam procedentes mulieres cum paucis uiris, sepelierunt Christum. Hinc fluxit cōsuetudo ecclesiæ in processione hodierna cum palmis, in qua gratias agere debemus deo & domino nostro Iesu Christo, mentis nostræ adfectum erigere in deum, & cum filiis Iudæorum clamare, *Osanna filio David*. Quando enim ex præcepto Pauli facere nos omnia decet in gloriam dei, cur non in processionibus quoque glorificabimus & laudabimus deum? Cæterum gestatio palmarum uisitata fuit Iudæis, ob argumentum & signum lætitiæ. Quomodo Simeon Machabæus ingressus est Hierosolymam cum hymnis, ramis palmarum & citharis. Romani quoque & Græci palmis utebantur, in signum triumphi & uictoriæ, Plinio & Cælio autoribus: quo nomine hic quoque palmæ agnoscuntur quædam ueluti uexilla fuisse uictoriæ Christi & signa triumphi. Et deinceps per uniuersum Christianismum hodie palmæ circumferuntur, ad designandam uictoriam Christi triumphalem. Sic Iohannes quoque in spiritu uidit sanctos stare ante faciem agni, uestitos stolis albis & ramos palmarum in manibus eorum: unde forte consuetudo fluxit, martyres sanctos ita pingere, ut palmam ferant in manibus. Atque ideo quisquis hodie palmam manu gestare erubescit, nec particeps erit uictoriæ Christi, nec Christum tali dignatur honore.

¶ Clamauerunt autem turbæ, *Osanna filio David*. Tubilatio hæc facta est utique diuinitus, spiritu sancto ita disponente & linguas eorum mouente in laudem dei, sicut olim linguam Saulis commouerat ad prophetandum, & asinam Balaam ad loquendum. Quid igitur clamabatur *Osanna*. Vox hæc penes nos remansit in ecclesia tam latina quam Græca, ex fonte Hebræo deriuata, ualida plurimum ad concitandum animum. tantundem autē sonat, ac si dicas, *Eia, age, salua nos*. Vel, *Obsecro, salua nos*: (quia *osa* est *Ziui* in *hissil*, à uerbo *ihasa*, unde uenit Iesus, &

2. Reg. 6.

Matt. 27.

1. Corin. 10.

1. Mac. 13.

lib. 3. c. 6.

lib. 13. c. 4.

Apo. 7.

1. Reg. 10.

Nume. 22.



interpretatur saluifica. Na autem particula est obsecran-  
 di. Quotquot autem adnotarunt corrupte dici Osanna. *Osanna.*  
 na, & debere dici Osianna, ut Stapuleñ. Erasmus, Ca-  
 pñion, Clichtouæus, Bebelius &c. errarunt per imperi-  
 tiam Hebraici sermonis, cum utrunq; dici possit, & Osa-  
 na & Osianna, ut in Kimhi de defectiuis liquet, ubi agit *Mose.*  
 de quiescente Iod in pepoal. & pro usu ecclesie adduco *Kimhi.*  
 Psalm. 86. hosa asdecha. Jerem. 31. hosa adonai emecha,  
 & Isa. 63. hosa li serogī, Saluifica seruum tuum. Saluifica *Psalm. 86.*  
 domine populum tuum. Saluifica mihi brachium meum. *Jeremi. 31.*  
 Et mirum est de Hieronymo, quod ad hoc non penerra-  
 uit, & putauerit, in ecclesia corrupte dici Osanna in epi-  
 stola ad Damasum, cū ecclesia recte & ex arte dicat Osa-  
 na, Eia, uel age, uel obsecro saluifica. Verum quod Hilari-  
 us super Matthæum, & Ambrosius super Lucam cap. 19. *Hilarius.*  
 non recte interpretantur hanc uoculam secundum idio-  
 ma linguæ Hebrææ. Osanna itaq; clamabant Iudæi,  
 Christum in hoc uerum confitentem Messiam, qui saluum  
 faceret Israel, sicut angelus dixerat ad Ioseph, quoni-  
 am ipse saluum faciet populum suum. Vocant insuper &  
 filium Dauid, eius etiam fatentes humanitatem, secundum  
 quam natus ille est ex stirpe Dauid, sicut legimus in Psal-  
 mo, Iurauit dominus Dauid, & non frustrabitur eum, de *Matth. 1.*  
 fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Addunt q̄q; *Psalm. 131.*  
 Benedictus qui uenit in nomine domini, quod Hierony-  
 mus deducere conat ex illo Dauidico: O domine saluum *Hierony.*  
 me fac, benedictus &c. Quicquid autem id est, constat il-  
 los eo ipso diuinam Christi naturam esse cōfessos. *Psalm. 117.*

¶ Et obserua notāter eos clamare & dicere, quoniam in *Johan. 7.*  
 nomine domini ueniat ille: & sic cōformem faciat se uo-  
 luntati diuinæ, nō sicut pharisæi inique & iniuste calūni-  
 abantur Christum uelut contrarium deo, in Beelzebub *Luc. 11.*  
 eijcere dæmonia. Multo rectius hic sentiens turba, ait eū  
 in nomine domini uenire, sicut & ipse dixerat se in no-  
 mine patris sui uenisse. Bene itaq; benedictum uocant, q̄-  
 niam è diuerso maledictus est qui uenturus est Antichri-  
 stus, Messias iste fictus Iudæorum. siquidem non in nomi-  
 ne patris ueniet, iuxta illud Christi. Veniet alius in nomi-  
 ne suo, hunc accipietis.



Hierony. ¶ Sed quod denuo iam repetitur Osanna, & additur, in  
 excelsis, per spicue ostenditur quod aduentus Christi non  
 tantum hominum salus, sed totius mundi sit, terrena iun-  
 gens cælestibus, ut omne genu ei flectatur, cælestium, ter-  
 restrium & infernorum. Id ipsum quoque Beda insinuat, p-  
 spicue inquit hic doceri aduentum domini in carne,  
 non solum humani generis in terra, sed & angelorum  
 in cælis esse salutem: quia dum nos redempri ad superna  
 perducimur, eorū profecto numerus, qui sathana cadente  
 erat minoratus, impletur, iuxta dictum psalmi, Iudica-  
 bit in nationibus, implebit ruinas. & iuxta Paulinum il-  
 lud, quoniam deus instaurat omnia in Christo quæ in cæ-  
 lis & in terra sunt, in ipso. Iohannes insuper addit, quo-  
 modo illi regem quoque appellarent Christum. Marcus ue-  
 ro ait eos dixisse, benedictum quod uenit regnum patris  
 nostri David. Est enim credibile, alios alias laudes attulisse.  
 Cæterum quàm honorifice hic dominum amplissimis  
 laudibus acceperunt, tam impie & turpiter eū die ab hinc  
 sexto tractarunt, sicut infra in passione singula singulis  
 opponemus & comparabimus.

¶ Postremo iam hic in Christo dilectissimi fratres ad-  
 monitos uos uolo, ut quando maiorem sancti huius qua-  
 dragesimalis temporis partem transegimus, utinam hoc  
 modo ut placuerimus & reconciliati simus deo, sanctæque  
 ecclesiæ uos in omnibus obedieritis, ne a bonis operibus  
 & cœpto proposito deficiatis. Vere enim quod adhuc iā  
 instat tēpus, omniū sanctissimū est, in quo uæ illi quisque  
 concupiscentiis, appetitui & cupiditatibus suis non frenū  
 imponit, suumque ipse genium non nihil defraudat in omni  
 continentia, ad honorem passionis & mortis dominicæ.  
 Redigite itaque asinum, hoc est, corp<sup>9</sup> uestrum indomitū,  
 ad obsequium Christi: uestes uestras bonorum exemplo-  
 rum & sanctarum uirtutum Christo substernite, & per  
 abstinentiam carnis ex arboribus ramos decerpite. ad ani-  
 mi cogitationes reuocate, quā serio, quā pie, quā sancte & reli-  
 giose maiores nostri tempus hoc sanctissimum transege-  
 rint. Mementote quibus quantisque ieiunijs, uigilijs, preci-  
 bus & eleemosynis, corporis quoque proprii macerationi-  
 bus in flagellis & uirgis, in omni cultu diuino, in uirtutib<sup>9</sup>



sanctis, in operibus bonis sese assiduo exercuerint sancti dei. Et uos igitur clamate ad dominum: Benedictus qui uenit ad nos in gloriosissimo corporis & sanguinis sui sacramento, Osanna, Salua nos domine, quia ad te clamamus, salua nos in sublimibus & excelsis patriæ celestis, Amen.

## VSUPER EVANGELIUM

*lium Iohannis 13. in die Cœnæ dominicæ.*



**I**n illo tēpore: Ante diem festum paschæ, sciens IESVS quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mūdo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et Luc. 22 cœna facta, cum diabolus iā misisset in cor ut traderet eum Iudas Si-

monis Iscariotis, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit & ad deū uadit, surgit à cœna, & ponit uestimēta sua. & cū accepisset linteū, p̄cinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo q̄ erat præcinctus. Venit ergo ad Simonē Petrū. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit IESVS & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem Matth. 27.  
Luc. 19  
Supra. 6